D. BERNARDUS ABBAS CLARAEUALLIS ALCIDES MYSTICUS. LUCAE BERTOLOTI...

Luca Bertolotti





D. BERNARDVS ABBAS CLARAEVALLIS ALCIDES MYSTICVS.

LVCAE BERTOLOTI ORD. CIST. MONACHI

ELOGIVM.







ROMAE,
Ex Typographia Io. Petri Collinij. M.DC LII.
SVPERIORVM PERMISSV.



EMINENTISS. AC REV. PRINCIPI

D. MARCELLO SANCTACRVCIO

S. R. E.

CARD. AMPLISSIMO

D. LVCAS BERTOLOTVS

Faustitatem precatur,



MAGINEM tibi, Eminentissime Princeps, *hominis dico Iouis prole quacunque maiorem, non equidem ab Apellis penicillo, sed ab homuncionis calamo concinnatam. Bernardi est. Et satis uno verbo dixisse puto Principi BERNARDVM amore, Purpurato BERNARDVM religione prosequenti. Hanc, qualiscunque ad solem exeat, nulli commendare, cui magis placitura foret; nulli destinare, qui BERNARDO commendatior esset, nec valui nec debui. Doctos*

enim ex hoc Minario homines volo, ita tibi BERNARDI *filios gratissimos, ita* BERNARDI *filiis te amantissimum esse, ut dubium sit, quis magis effulgeat, an suus in te* BERNARDI *affectus, an verò tuus in* BERNARDVM *amor. Nouerit fama utrumque humanitatis limites excedere, si nouerit & tu,* Eminentissimè Princeps, *hoc quale cunque munusculum, ita tecum deferrè, ut cum laude tua ad extremas famæ oras pertingat.* Vale.

ALCIDES MYSTICVS

DE

DIVO BERNARDO ABBATE

ELOGIVM:




ISTE, & mirare Viator:
Quam cernis, ſtatuam Alcidis putares,
Ni claua careret, ac Lennum exuuis.
Alcidis tamen eſt, ſed myſtici, quia BERNARDI:
Qui ab Alcide ſolo æun diſcordans
Tutus Alcidis laboribus conueniens eſt:
Fanda hic dedit infans,
Et matris adhuc illatebratus vtero
Excubias Catellus agens,
Allatrans latronum latebras,
Haud fari valens Paſtoris munus profatur.
Notus priusquam natus,
Præcoci ingenio, præcana mente,
Caruit puerilibus puer,
Iuuentutis vitia cauit Iuuenis,
Corruit nuſquam adoleſcens.

A 3 Pri-

Primus BERNARDI labor in aquis labi,
Ne in Cupidinis laberetur ignes.
Mergitur, vt Venerem demergat:
Iactatur, ne sentiat virginitas iacturam;
Et ne ipsum Veneris tæda pœniteret arsisse,
Natam ex mari Venerem præfocat stagno.
Discat nouum balnei genus
Quem libidinis scabiem sanare libet.
Aequè in sopore vigil, ac in vigilia,
Adspectat inter somni tenebras oriri lucem,
Somno partum virginis pingente,
Noctedíem Christi genethliacam excitante.
Miraris quod dormienti renascatur Deus!
Disces & tu quiescendo somniare sacra,
Si vigilando profana meditari dediscat;
Mirari ergo cœlestia assuetus, terrestria petit,
Domestica cœli affectans inter agrestia.
Fit monachus non ideo solus,
Nam hominum societates fugientem
Sociant Angelorum turmæ.
Nusquam adeò multiplex visus est,
Quam vbi solus,
Soli omnium Deo syluicola quasus.
Mutus inter syluarum suaues aues,
Inter cœlorum canoros Olores vocalis,
Alijs clementia vtens, asperitate sibi,
Cœlo confirmabat omnes, se vni Christo conformās.
Adde

Adde quod ipse solus
Dispersas sanctorum coacturus dotes
Moysis mansuetudinem, seueritatem Eliæ,
Psallentem Dauidem, silentem Baptistam
Graphicè vno sui expressit apographo.
Præficitur cæteris, sibi vni præesse solicitus
Et pastor ex agno, ex monacho Antistes
Pauit oues à lupis pauendus.
Ouarunt sub tanto pastore ouilia,
Redijt ad suũ exordium sub Antistite Monachismus,
Benedictus in Bernardo refloruit.
Solo ipse interposito annulo à suis secretus
Ad arua ab ara, ad pedum ex falce;
Laborem requiei permiscens,
Addidit paludamanto Pontificio rastrum:
Cur igitur Monastici soli mirã fœcũditatẽ miramini?
Etenim innocenti semper tellus grauida vomere
Vegetas opes trabeato Agricolæ euomuit,
Quas Adamo prompsisset innocenti.
Sanè vrbano colono in vrbes cessere mapalia,
Syluis in vrbes adauctis:
Quarum imagines, vt cœli imagines fiant,
Sidera fiunt homines,
In solem Bernardo grandescente.
Nulla sub tanto Planeta stellarum cecidit,
Vel quia Bernardi orbitas sequutæ
Exorbitauerint nusquam;

Primus BERNARDI labor in aquas labi,
Ne in Cupidinis laberetur ignes.
Mergitur, vt Venerem demergat:
Iactatur; ne sentiat virginitas iacturam:
Et ne ipsum Veneris tæda pœniteret arsisse,
Natam ex mari Venerem præfocat stagno.
Discat nouum balnei genus
Quem libidinis scabiem sanare libet.
Aequè in sopore vigil, ac in vigilia,
Adspectat inter somni tenebras oriri lucem,
Somno partum virginis pingente,
Noctendiem Christi genethliacam excitante.
Miraris quod dormienti renascatur Deus!
Disces & tu quiescendo somniare sacra,
Si vigilando profana meditari dediscas.
Mirari ergo cœlestia assuetus, terrestria petit,
Domestica cœli affectans inter agrestia.
Fit monachus non ideo solus,
Nam hominum societates fugientem
Sociant Angelorum turmæ.
Nusquam adeò multiplex visus est,
Quam vbi solus,
Soli omnium Deo syluicola quasus,
Mutus inter syluarum suaues aues,
Inter cœlorum canoros Olores vocalis,
Alijs clementia vtens, asperitate sibi,
Cœlo confirmabat omnes, se vni Christo conformās.
Adde

Adde quod ipse solus
Dispersas sanctorum coacturus dotes
Moysis mansuetudinem, seueritatem Eliæ,
Psallentem Dauidem, silentem Baptistam
Graphicè vno sui expressit apographo.
Præficitur cæteris, sibi vni præesse solicitus
Et pastor ex agno, ex monacho Antistes
Pauit oues à lupis pauendus.
Ouarunt sub tanto pastore ouilia,
Redijt ad suũ exordium sub Antistite Monachismus,
Benedictus in Bernardo refloruit.
Solo ipse interposito annulo à suis secretus
Ad aras ab ara, ad pedum ex falce,
Laborem requiei permiscens,
Addidit paludamento Pontificio rastrum:
Cur igitur Monastici soli mirã fœcuditatẽ miramini?
Etenim innocenti semper tellus gauisa vomere
Vegetas opes trabeato Agricolæ euomuit,
Quas Adamo promp̃sisset innocenti.
Sanè vrbano colono in vrbes cessêre mapalia,
Syluis in vrbes adauctis:
Quarum imagines, vt cœli imagines fiant,
Sidera fiunt homines,
In solem Bernardo grandescente.
Nulla sub tanto Planeta stellarum cecidit,
Vel quia Bernardi orbitas sequutæ
Exorbitauerint nusquam,

Vel prædestinante Deo, quos Bernardus elegerat,
Vobis adsum, o Præsules,
Non cadent vestri, si vos steteritis:
Vestra non fluunt vitia, nisi in vestros refluxura.
Filij ad ea patris aspirant, quæ spectant,
Ergò optimi euadite, vt ipsi meliores fiant.
Defecerat tamen sub optimo patre inconstans filius
Deserente Ordinem Roberto
Quem, vt pius Abbas denuo redigat
Pluuium cœlum impluuium redigit.
Imò imbre sub medio scribit sine imbre,
Reuerente papyros aqua,
Quas ignea Bernardi charitas exarabat;
Quæ lacrymis humida magis, quàm atramento
Mingat Nepotem, vt ad Auum remigret,
A Filio petit, vt Patrem petat.
Non dissimili ô Præsules vtimini calamo,
Qui conquassatos calamos non conterendos
Ex fide, sed vnnam ex vsu, didicisti.
Successu haud absimili
Vt flexit Robertum clementia,
Fregit asperitate Guillelmum,
Quem Bernardus
Vtà malis retrahat, trahit melle,
In Duce mellificans, vt olim apes in Leone!
Operam perdis Bernarde in spicula immittas.
Pungi Leones volunt, non vngi;
Vn-

Vngulas non exeret ille, si tu acculeos,
Rem probauit euentus.
Simulante iracundiam Bernardo,
Cœli fulmina inuocans ac Dei gladium;
Ecclesiæ iugulatrem non iugulat, sed sternit.
Ruptu enim Guillelmus in balatus conuerso,
Protulit in Leonis exuuio ouis mansuetudinem.
Bellua hac in hominem traducta
Nouus Alcides labores mutat, non vitat;
In Sciciliam soluit
Siculum vincturus Minotaurum.
Facilis tanto Heroi triumphus,
Ni fortius de Rogerio terrenorũ ambitus triũpharet.
Hamatas Reges manus habent;
Capiunt quæque cupiunt,
Et ne armis extorta amittant,
Cœlum amittunt.
Caruit tamen hac iactura Rogerius
Postquam suasore Bernardo
Bonis Ecclesiæ restitutis, restituitur Ecclesiæ.
Sed alijs alij succedunt labores, vt vndis vndã.
Charybde elisa, elusa scylla,
Adhuc scopuli stant,
Ad quos Ecclesiæ lembus allidatur.
Petri nauem inuaserat Leonis Petrus,
Qui Innocentium persequẽs innocentiæ persecutor
Ad clauum non claue, sed claua inhiabat.

San-

Sanctuarium intrat peccatur,
Vir malus, Christianus peior, Sacerdos pessimus
Ablaturus sacris altaribus oblata.
Hunc aduersus Pseudopapam,
Quem citra calumniam Antichristum vocasses,
Vis scire quid Bernardus egerit?
Orauit, ingemuit, fleuit.
Consentiente in hos impetus cœlorum exercitu,
Ne diutius Petro Simoni Simon magus obesset,
Ictibus gladij inuisibilis ictus
Perijt impœnitens vltima pœna dignus.
At nouus hinc Bernardi labor,
Qui ne Lupus Leoni succedat, monstrum monstro,
Victorem alienis soleis exuere impellit,
Ne semper alienos rigaret agros.
Verè Victor cum Victor esse desiit.
Reddita suo capiti Ecclesia,
Et Hydra schismaticæ paludis oppressa
Bernardus semper maior Alcide,
Leone calcato Dracones conculcat.
Venenatos ego hæresi viros virulentis adæquo.
Dogmatibus aliis insiciunt, moribus & ipsi infecti;
Nubilant putido halitu sidera flagitijs nobilitati,
Maculis solem afficiunt,
Africanis ipsi Pantheris maculosiores.
Multilingues, quia non vnicordes,
Discordant fide ab Ecclesia.

Vi-

Vitijs Babyloni concordantes.
Expugnat horum Bernardus quotquot impugnat.
Non armorum pondere, sed rationum acumine.
Potitur quotquot appetit,
Sophiæ elenchis, non sophistarum circulis.
Arnoldum sub ouina pelle Lupum,
Ecclesiæ derogatorem, rogo dignum,
Parat rogo, dum stylo exagitat.
Abierat post Arnoldum Abailardus,
Ne scilicet impar erroribus esset, cui fuerat moribus
Compar,
Ordine tamen disciplinæ peruerso,
Errante post discipulum magistro.
Retraxit tandem ab inuia pedes,
Pedem supplodente Bernardo;
Et veritatis semitas, quas persecutus fuerat,
Prosecuturus
Cluniacum petijt,
Vt inter Nigros totus albesceret,
Giliberto Pictauij Ecclesiæ Antistiti,
Quem Aristotelis topica talpam fecerat,
Pleno resistit ore, vt fidei oculos restituat.
Apostolicos verè apostaticos,
Petrobrusianos pessimos insanos
Sibi plausum excitans, & Ecclesiæ triumphum
Oris impetu, vt ventus folia difflauit.
Dæmones lapsæ humanitatis tortores
Torquendo, ablegando, illaqueando,

Ita vel solo nomine tremefecit,
Ita vel sola pollubri aqua torrefecit,
Vt non sic Alcides Arcadiæ Stymphalides.
In Reges erectus
Inflexibiles Regum mentes reflectit,
Duplicem regnandi viam accordans:
Cum sibi Reges imperant, cum Ecclesiæ parent.
Patrata Bernardi miracula
Narrari nequeunt, sicut olim describi.
Micant terris, vt cœlo sidera,
Erogat Bernardo Deus, quidquid Bernardus rogat,
Deo erogante cuncta, qui sibi rogat nihil.
Bernardi fides ne fide careat, infanda fatur,
Miracula extra fidem errantious
Solo panis frustillo pollicitando:
Bernardo petente
Deambulare claudos spectarunt coeci,
Fari mutos audierunt surdi,
Vaticinantem futura præsentes mirantur,
Sanantem infirmos mortui collaudant.
Sanat quos tangit, quos signat, curat.
Referunt Iordanem oscula,
Manus probaticam piscinam sapiunt.
Hinc loquente Bernardo, vel scribente
Melle simul manus, simul lingua exuberant
Et ex floridis scripturarum pagellis
Mella libans, mella legens,
Mel-

Mellifluus mellea elucubrat volumina.
Ante crucem Bernardo lacrymas fundenti,
Se Christus de cruce in amplexus effundit,
Vulneratum amore amoris vulnere curaturus.
Mariam infantili labello dulcem vocat,
Vt pleno ore dulces Mariæ mammas delibet,
Melleus homo virgineo lacte cibandus.
Illustrior semper Alcide euaderis Bernarde,
Cum lacteam Alcidis fabellam historiam facis,
Collactaneus Christi euasus.
Magnus vir magnos inter honores
Maximus cum fui esset, sibi minimus fuit,
Haud vile humilitatis exemplum magnis relinquēs
Coluit honoris templum honorum contemptor
Honorare attentior quam honorari.
Discordes ciues concordiæ donat,
Donis concordium ciuium non admissis.
Fascinant sic hominum plerosque fasces,
Vt malis plerumque preesse malint,
Quàm bonis subesse.
Non ita quibus odiosa fortunæ bona,
Vt Bernardo,
Cui ludricum æquè preesse fuit, ac lubricum.
Mitrarum respexit metas,
Et securus mitratorum paucos mori securos
Ne moriens succumbat, procumbit viuens:
Contraxit volatus ambitiosi
Ple-

Pleriq; peruncto vertice fit mẽs plerumq; insanior.
Præter non longè differunt, & petere,
Et nimis vicuniorum iure propinqua sunt
Honos & onus, culmen & fulmen.
Lætas tamen Vrbes esse iubeo.
Quas nō deseruit Bernardus, illis etsi præesse fugerit,
Nam quos viuus subditos noluit
Adoptat mortuus in filios,
Pastoris nomen viator declinans,
Vt fidentiori titulo
Patris munere comprehensor eluat.
Satis, hospes, te statarium secit hæc statua.
Moræ nihilominus tantulum adhuc moneo,
Donec, scilicet, capitalibus literis
Lemma stylobatæ stylus addat
Cęlo sub sequentibus notis delatum.

D. BERNARDO ABBATI
Prudentia centoculo, centomano fortitudine,
Virtutibus dacies centenis exculto,
Orbis & Vrbis Arbitro,
Ter sancto, ter optimo, ter maximo,
Quod militantem Ecclesiam
Schismaticis subactis, profligatis hæresibus,
Summis laboribus, æquali strenuitate,
Pacauerit toties, quoties inuenerit turbatam;
Quod

Quod terre
Lingua,
Docuerit ,di
Ob ea ,
Et vt æternitati tantarum virtu
Notescerent semper,
Sen Pop. Q. Cœlestis
Hoc monimentum
Decreuit.

LAVS DEO



